

Referre sententias Expositorum non vacat, maximè cum eorum cogitationibus res frager.

In medio prointer.

Pier. Valer.

Aristot.

Quomodo rota in medio rote cur rus apud Ezechielien.

Cap. 1. 17.

Ar. Montan

Verf. 11.

Cap. 1. 25.

24 Per rotas in medio rotarum, nihil aliud intelligo nisi coherentiam ipsarum rotarum inter se in motum, sicut modò videmus in motum horologii, quæ quidem dentibus intra dentes ita volvuntur, ut mota una moveantur & reliquæ, & motu contrario. Ita igitur accipiendam In medio. Ioann. 1. 26. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Id est, inter vos. Mai. 6. 5. In medio populi. Exod. 3. 2. De medio rubi: nimirum, intra rubum. Pariter, rota in medio rotæ: nempe, una rota intra aliam per canthos, seu peripheriam, cuius connexionibus, quasi dentibus cohærebant in motum ipsarum quatuor, quibus tota constabat machina. Nec obstat, quòd v. 18. dicitur: Totum corpus (id est, dorsum, canthus) oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor: quia oculi ibi improprie sumendi; scilicet pro cavitatibus, quæ inter se mutuò necdebantur, ut illa coherentia simul & æqualiter moverentur. Ibi comparatio intelligenda sine nota comparationis: quæ de causa Sanctius hic num. 74. infit: Quasi stellata oculis: & Alapide. Ocellis pulcherrimis, quales in cauda pavonis. Hinc Pier. Valerian. duas ponit rotas motu contrario, ut exprimat etiam in circulis coherentiam. Motus verò (ait lib. 39. cap. 39. qui est in circulis, naturâ consideratâ, in causa fuit, ut periti Mathematicarum, contrarietatem hieroglyphicè significare volentes, duos iuxta se contingentes circulos describerent, quales in quibusdam machinis fieri videmus, propter unius incurvationem adverso motu alterum circumagere Ita ex Aristotele descripsimus.

Non aliter motas concurrere ad oscula vidi, Hinc atque hinc gemina si coere rota. Quæ simulac primis sese tetigere labellis, Pars ea quam primum, quæ veniebat, abijt; Fitque ex concursu facies contraria prima, Machina versa meo qualis in igne fuit.

25 Iam ergo videtur rota in medio rotæ, dentibus intra dentes alterius per extréma, quin axis sit, quia sine adminiculo movebatur nuda Dei huiusmodi machina rotarum, & motu contrario, præut placitum, seu displicitum. Ideo dicitur verf. 17. Spiritus enim vite erat in eis. In horologio igitur videmus chordæ, vel catenula rotam motum habere oppositum motui rota volantis. Sic enim rota est post rotam. Iccirò profertur verf. 10. Aspectus earum similitudo una quatuor, quasi sit rota in medio rotæ. Nequibat esse magnitudo æqualis, nec rota inclusa defervire quibat, si una includeretur in aliam: nec esset una similitudo in specie, seu aspectu ipsarum quatuor; igitur continens semper maius contento. Æquales erant, & primam reliquæ sequebantur, quippequàm in illa machina nequibat moveri una, quin moveretur & alia. Ibant euntes, id est, recto itinere, nec reverterebantur: hoc est, tunc non apparebat posse reverti, vel volubiles esse; sed post audiente Ezechiele, Deus vocabit rotas volubiles: igitur sicut ubi primæ motus ducebant, sequebantur secunda, hanc tertia, & hanc novissima; ita quin gyrum faceret, vel volveretur prima rota, volveretur: siquidem instante spiritu in motum oppositum, rota quæ prima, erat ultima, uti videmus in machinis, rotis dentatis: igitur quæ ultima, dum movetur prima, est prima, ubi motus incipit ab ea. Unde Arias Montanus subdit: Ad locum, quem se vertebat caput, post illud ibant, nec circuibant in eundo eas. In quatuor partes moveri quibat, id est, per quatuor partes. Non quia totam esset rotundum, ut aliquibus placuit, & partes quatuor haberet, quibus in orbem volubiles. Quatuor partes dicuntur quatuor stationes rotarum, seu quadruplex illarum situs, qui mota una, mutabatur; igitur mota primâ movebantur ceteræ. Per quatuor spatia movebantur, in sua nimirum quolibet stati one. Non dispositæ rotæ quasi ad currum, axi æqualiter annexa; sed una post aliam, & iuxta singulas Cherub. Constat, quoniam ni hoccine ordine, sed ad modum rotarum currus, duæ posteriores sequerentur priores: & verf. 11. dicitur: Ad locum; ad quem ire declinabat prima sequebantur & ceteræ, nec convertentur: etenim una intra aliam, dentibus moventibus & motis. Quare non convertentur motu converso (Hispanicè: No daban buelta) quoniam cum connexæ essent per cantos in mutuam motum; si spiritu movebantur in oppositum cursum, veniendo in Ierusalem, vel revertendo in Babyloniam, sine regyro semper una rota post aliam. Una erat facies rotarum, ut dixi num. 19. ad illud: Apparuit rota una, habens quatuor facies. Alias, si quatuor facies haberet, non esset rotæ, sed globus. Quilibet rota in suo situ movebatur sine flexu, & cum essent quatuor, invicem hærentes, necesse erat in motu moveri per quatuor partes. Nesciebat Propheta artificium,

scium, videns rotas sine recurso, recto itinere ire: modò cognoscit volubiles esse; motu faciles; quoniam una, quæ ultima, primò mota, reliquæ verius illam moveri quibat, sicut prius cum irent, mota primâ movebantur & ceteræ. Aliqua prælibamus pro Tautol. 2. Tom. seg.

26 Huiusmodi cogitatio clarebit amplius per symbolum. Diximus visionem signasse transmigracionem Hebræorum in Chaldaam, & etiam regressum, à qua exulabant, in patriam. Dum irent, ibant, id est, recto itinere, exprimentes firmitatem decreti Dei, Hebræos expellentis in Babyloniam: sed quia Deus misericors; reditum in propria artificium rotarum præsignabat, quod ignorabat Propheta: qui iam modò vocat rotas volubiles, quas videbat velociter ire & non reverti; quoniam si rotæ primæ motus traxerat reliquas rotas in signum deductionis Israël; ita quæ fuerat ultima, dum primò mota, traheret reliquas pro Israëlitarum reductione. Nam ergo, quæ persistentes videbantur recto itinere, apparuerunt volubiles divinâ clementiâ; quia præut placebat, traherant, vel traherentur, ducebant, vel ducebantur. Aliqui DD. rotas volubiles dici asserunt, quasi insignis magnitudinis; igitur licet quilibet rota volubilis, maiores facilius propter ambitum volvantur. Alij, Volubiles, id est, voloces, seu volucres. Vide Prado & Alap. hic. Sanctius num. 74. asserit; prius Prophetam non cognovisse rotas ut rotas, quas appellavit Ophim, voce incertâ, quæ vis in interpretatione nominum Hebræorum, invenio Ophim, Volantes; postque cognovit esse rotas, vel volubiles, quod idem est. Unusquisque suo sensu abundat. Nos que possumus, exhibemus. Satis pro litera.

27 Eius ergo versiones varie sunt, uti sparimus, ubi opus. Qui linguâ lambuerint aquas. Hebr. & Chald. Manibus aquam ad os suum proiectam, & canum more. Augustin. Suis illam linguâ in manibus lambent. Ioseph. Cavis manibus aquam ori admoderando. Maluend. Lambentium manu sua ad os suum. Qui manu sua lambendo ore suo traherant. Alij apud eundem: Manu sua sumptam aquam lambebant. Alij: Qui lambent manu sua ad os suum injicientes aquam. Regia, & Saa: Qui manu & linguâ lambuerint. Ar. Montan. Qui lambuerint in lingua sua de aquis. Petr. Comell. Qui lambuerint aquas manu & linguâ. Modò ad mores.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Ex curs.

1 Qui linguâ lambuerint aquas, ad victoriam eliguntur ut validi. Hæc electio cogitata à Michaële, ut nobis sit gloria eius virtute gratia: equidem pro hominum triumpho, atque gaudio, semper descendit de celo. 2 Qui linguâ lambuerint aquas. Non ele- 3 Qui linguâ lambuerint aquas. Qui sic eliguntur: qui genitrix, amandantur. Illi sedabant sitim; hi querebant satietatem. 4 Obiiciuntur reprobi & electi: enim non eliguntur in schola Christi, qui intendunt pro necessitate luxuriam; sed qui quarunt in necessitate necessarium. 5 De validis inimicis iciumi parient coronas: qui linguâ lambuerint aquas. 6 Linguâ, & tantum linguâ, ut clarificat abstinentia: igitur quo gaudet vel levis gustus, per contentiam ignora- 7 stomachus.

3 Qui sic eliguntur: qui genitrix, amandantur. Illi sedabant sitim; hi querebant satietatem. 4 Obiiciuntur reprobi & electi: enim non eliguntur in schola Christi, qui intendunt pro necessitate luxuriam; sed qui quarunt in necessitate necessarium. 5 De validis inimicis iciumi parient coronas: qui linguâ lambuerint aquas. 6 Linguâ, & tantum linguâ, ut clarificat abstinentia: igitur quo gaudet vel levis gustus, per contentiam ignora- 7 stomachus.

DIDASCALIA PRIMA.

MICHAELIS IN HISPANIA APPARITIO mirifica.

Michael princeps militie Angelice.

1 D Omni Dei Sabaoth Princeps militie gloriosissimus eligitur Michael, excellentia maiestatis, sublimitate honoris, quem merito plaudunt Angelorum civem cives: è celo siquidem ex pulit inquietum, atque in terris conculcavit invidum. Unde

Collaudamus venientes, Omnes celi milites, Sed præcipue Primatem Cælestis exercitus, Michaelis, qui non contemtem Zabulum

Gegg Re:

Religata vinculis ferreis erat, sicut Andromeda, infelix natura humana, piculis proparentum, carcere durarum asperrimo cautium, ac in draconis infensissimi cibum: sed apparer alexiacus hyperaspistes Michaël de caelo à Domino in naturæ libertatem descendens; cuius præsentia sospes afflicta vindicata à periculo; quippe Michaëlis virtute usque inferni profundum proiectus draco. Hinc gaudium, hinc potestatis encomium.

Solatum natura humana.

Orid.

Auxiliumque domus, servatoremq; fatentur Casiope, Cepheusque pater, resoluta catenis Incedit virgo, pretiumque & causa laboris. Quid mirum? Gloriosa & admirabilia (ait Lipoman. in Vitis SS. p. 1.) per Michaëlem quotidie, & olim, & nunc, & hic, & alibi, & multis, & singulis. Multis, & singulis, quotidie, & olim, & alibi præclara, sacris Expositoribus manifesta, ut consulant cuncti gratitudini, à Principe militiæ Angelicæ & eximie munerati. Vide Pantaleonem Diacon. Abulens. in Iudæ. 6. quæst. 71. Viegas in 12. Apocal. sect. 18. Alapid. in Exod. 33. v. 23. Numer. 22. à n. 6. Daniel. 12. v. 1. & in Epist. ad Hebræos, 1. 14. Unde iurè Mantuanus in Fast. Ecclesiast. succinit: Michaël qui præfuit olim Gentibus Hebræis, dum res Iudæa manebat) Est, & nomen habet clarum; quia semper agendis

Lipom.

Gloriosa & admirabilia & nunc & olim ab illa perfecta.

Mantuan.

Incubuit rebus pro maiestate Tonantis, Has ob res thoraca gerit, ferroque nitenti Terribilis dextrâ gladium, lævaque bilancem Sustinet, ac Lemurem pedibus conculcat abentis.

Quæ olim (inquam) & alibi applausu à pluribus dicta sunt, dicenda hæcine Didascalia quæ hic: equidem in Michaëlis Archangelii protectionem, etiam Hispania secundè adepta felicitatem.

Sol in terris quare dicitur?

2 Sol in terris descendens de caelo apparer, & cluis in tenebris lucret. Lustrat universa in circuitu. Oritur, gytrat per meridiem, desinens in Occidentem. Varias epiphonias Archistrategi cœlestis refert Michaël Naveus in Chronie. apparition. & gestor. S. Angeliarca. Prope Byzantium apparuisse, astruunt Sozomenus lib. 2. Histor. cap. 2. & Nicephor. lib. 8. cap. 32. Coloniz Agrippinz, Serar. in Iosue, 5. quæst. 44. Galliz, Siebertus in Chronie. Ann. 488. Italiz, Baronius in Notis ad Martyrolog. die 8. Maij, Zachar. Lippeloo, die 29. Septembr. aliique plurimi. Restabat Hispania, in obsequio Archangelii, & devotione non ultima; cui tandem presentiz optabilis gratia superne concessa: quippe

Apparet in Hispania.

quàm de cunctis egregie meritis, Ecclesiæ universalis protector & patronus institutus, ubique gentiù voluit cognosci virtute miraculorum; ut splendide cluerent gloriosa & admirabilia quotidie, & olim & nunc, & hic, & alibi, & multis & singulis. Quare de illo merito Ianus Vitalis accinit: En decus huic ævo natum.

Ian. Vital.

3 Ergo in portentum. Constat igitur ex apographo, quod mecum habeo, testimonijs necessarijs munito, testibus oculis non auritis, summæ fidei (vel ut olim dictum ex Iovis tabulis, vel ex tripode Apollinis) confictis iuramento, conceptis verbis tub signo Crucis, atque fide religionis: anacristi, five informatione miraculi facta, ex postulantibus pagi venerando admodum clero, & Amphictyonum nobilissimè senatu, auctoritate Reverendiss. & Illustriss. Episcopi Palentini, in cuius diocesi Fræbilla, ubi Primipilaris Archangelii apparitio gloriosa. Villâ florente opibus, Petrus Fernofus, verè pulcher, tenui re domi, florebat virtutibus, comprobante religionem addidissimò cultu in Michaële. Cùmque ante eius imaginem preces devotissimè mitteret; Archangelus coruscans coram assitit: Visus adest juvenis, caelo demissus ab alto. Obstupuit magno trepidâ fulgore Fernofus: Et timor insolitum, facies vidisse coruscas, Occupat attonita subitus formidine mentis. Ne timeas, respondit Michaël: elevataque voce, sic ore locutus: Heus tu Petre, in locis hæc mihi facellum, in loci ac indigenarum patrociniùm. Ni feceris, cave: minas fuge, ne luas, me iuvante, pusillanimitatis meritæ pœnas. Agedùm: Unde ergo? Respondit Petrus: mihi non suppetunt opes. Tante molis erat. Ergo prædica (respondit Archangelus) opus mihi gratum, & à me præceptum; servebit opus, & incumbet ædiculæ omnes, qui recto sunt corde: hisque prolatis, evanuit ab oculis eius. Petrus conferebat cuncta in corde suo, & tacuit præ rubore, nesciens opus è caelo.

In Fræbilla apparitio mirifica.

Denuò astra parer.

Sic fatar & impiger astra Nota petit, cursuque celeri remavit ad aulam

Principis æterni, celsumque invoidit Olympum. Denuò igitur apparuit Archangelus, suscipe deque facienti, est oranti, creditum Ecclesiæ munus; blandique allocutus Petrum, Venias huc sepe (dixit) quippe placet: exere vires, cor astolle, facellum perfrice: ni, te miserabilem faciam ob peccatoris duri reprehensibilem proterviam. Tunc pecora Petrus vendidit, quorum pretium in tegulis, atque lignis collocavit, ac terram fodere cepit;

que ita tenax utpotè arida, ut erigenda ædiculæ nulla inuentibus inesset spes, maxime quippe longè à loco aqua, qua in ædificium subigeretur terra. Male Petrus tunc vel ab amicis audiebat, quasi mente vesana, & singulari amentia; quati melius esset, estò exigua, bona ligurire, quàm fatuissimè expendere. Unde & dicebant: Iste homo cepit ædificare, qua non poterit consummare: prius quàm hic videatur aqua, serent myricæ poma. Hoccine Petrus angore vexatus, cucurrit ad imaginem, Michaëlem oraturus, precibusque peractis, dum in Villam cogitat reditum, clausit sera firmiter celli diruti pristini hostium: tunc intus terræ motus factus, & Petrus perterritus, arbitrans à demone factum, ut ædiculæ perficiendi eius frangeret propositum; ultròque aperto hostio, ecce Michaël, & lumen in habitaculo.

Tertiù & gloriofus.

Non ingrata sonantem lux inopina resulget: Invasit mentem iuvenis formidine terror Insolita luci: tenuit præcordia sanguis. Ast illi facies sese pulcherrima civis Obtulit ætherei, rustilo splendore coruscans. Protinus instans blandò sermone timorem Abstulit, & mentem verbis componit amicis. Igitur Archangelus ornatu prædivate, mirificæ lucæ, cultu splendido, vultu fulgido, sceptrum habens in manu, de aqua querenti dixit: Veni mecum (ostenditque locum, ter quatiens terram) hic (inquit) usque ad satietatem invenies aquam.

Inde polum repetit, caelumque revovit Officio functus celebri, iussisque peractis. Stupuit Petrus, alacerque procumbit in opus: obsecrationeque facta interna cordis lætitiâ gaudibundus clamabat:

O mihi taptus bonos meritis indebitis, unde Contigit hospitij, quod nos invoiderit Almus? O felix interamque felix, iterumque beatus, Cùm benè credideris celestia nuncia, que que Magna tibi promissa Dei bonus attulit ales. Cor viget in laudem Domini, mens ora resolvit:

Spiritus exultat caeli percussus amore, Dulcis amore Dei, rerum suprema tenentis, Qui mihi vera salus, qui spes est una salutis.

4 Convocat Petrus amicos, ut iuvent, sed illi rident, seu potius irident, quasi amisisset cogitationem mentem. Verùm non ut Petro placerent, sed ut insaniam illius demonstrent, respiceretque à cepris, sese in opus promiserunt adiutores, fossuros aut taxat usque ad meridiem, & recessuros, ni invenissent laticem. Moverunt ergo in loco ab Archangelo destinato terram, usque in orgyam, seu hominij staturam, cachia-

nantes, & illudentes, quia nec micabant vestigia, queis etiam à longè ibi posset concipi aqua. Cæterum, ò altitudo divitiarum illicò ascendit, ruptis scatebris, in tossulos terræ, egressæque sunt aqua largissimæ; ita ut copiosum undique fluentum speciosum, spatiosumque fluxu conficeret lacum, innovat Deus per Michaëlem miracula, que olim facta in arida terra; uti cecinit Sedulius lib. 1. Carm. à v. 152.

Elicuit aqua in arida terra.

Rursus in exustis sitiens exercitus arvis, Quæ nimirum loca sicca diu, quæ terra negatis Agra iacebat aquis, quæ spes ablata bibendi, Vivendique fuit, subitas arente metallo Haussit aquas, steriliq; latex de rupe cucurrit, Et lætana novum vomuerunt marmora potum.

Sedul.

Quid isti fossiores miraculo facerent? Aqua sanè necessaria in arpeginum, ut ad colorem revocarent sanguinem.

Iam non volestit ingratis Maestas veneranda loci. Omnia lætitiâ testantur pectore summam. Omnia grata iuvant animum, nihil asperat aures.

Idem.

Ut illos vidit Petrus timore pavidos, sese mutuo respicientes, ac admiratione attonitos; ita allocutus est eos: Scitote, plura ab Archangelo nunciata, nimirum, sub altari latere quinque Sanctorum reliquias magni momenti & ælimationis, profuturas indigenis. Illi verò visis creduli; adhibita æqua fide, spe sacrorum pignorum incelcati, post altare fodientes, arculam apprime compactam invenerunt cum memorijs Sanctorum in medio altaris. Miracula gradus in miracula maiora, quibus in plautum nitentur pectora.

Demonstratur SS. reliquie sub ara condita.

Excultantiaque haurit Corda pavor pulsans, laudumque arrepta cupido.

Virgil. Sil. Ital.

Tollitur in caelum reboante turbine clamor. Vocatur è Villa ministri sacri, peragitur veneranda liturgia corporis & sanguinis Christi, reliquie ostenduntur populo, fit cunctorum exultatio, Petrique fauci folamen,

Quanti sibi gaudia consent. 5 Celebratiorem famigeratumque magis constituit diem post tot portenta, que mortua iacebat Ioannis à Castro filiola. Hic fuit cunctorum testis, & primus in cathalogo depositionis. Prolem abstulerat fatum præter semellam in genitoris solamen, cuius vita edaci febre transijt in dolorem, & denique in respirationis finem; cuius nuncium pater, fodiens in fontem felicis præfata terre, morgens accepit, quandiu à populo adora-

Iuvenal.

Restituitur
vira foemine
le fato san-
ctae.

Ian. Vital.

Mantuan.

Psal. 106.
35. 40.
Aque in ariditate magis
mira.

bantur reliquia. Clamavit, sese reliquis dignatus infelicem dixit: in Michaële spem iugulatam devotissime posuit, flexis genibus à Villa in ædiculam perrexit se promisit, fecit quod vovit; & redux filiam vivam, atque incolamen invenit: equidem Michaël, quæ descenderat ad umbras, animam superas reduxit ad auras. Gaudium iam plenum est: perficitur opus, sicut Petro cordi erat, in formam elegantiorum donarijs civium, decoratur votis templum, Archangelus eligitur in Patronum, collocatis sacris pignoris in altari, quò primum à fossoribus inventa. Aptè, inspecto tractu miraculoso, ex Vitali dicere queo:

*Tete ergo per aras
Matres atque viri Suprema in vota vocabat.
Unde etiam molem antiqua de nomine patres
Constituere tuo. Medica tu primas in arte:
Per te hominum genus omne valet; per te
atbera purum
Purpureus zephyrus peragrat, aurasque salubres*

*Artubus inspirat nostris, placidamque quiete
Infiltrat modò. Ne desis mortalibus agris.
O ter, quaterque beati sub tali, ac tanto patrocino constituti! Igitur celestis gratia mirificæ protectionis, semper gloriantur ovantes.
Ergo diem celebrate alacres solemniter istam:
Era sonent, viveant postes, altaria fument;
Votaque Custodi gentis persolvite nostra.
Siccine Mantuanus, ubi supr. Hæcine hiltoria: sacris igitur paginis illustremus cuncta.*

6 Semper Dominus gloriosus & mirabilis nimis, sed potissime elicitis in ariditate aquarum scatebris: equidem nonnumquam mirabile, quòd radix ebulliat aquarum de terra sitiente; & exitus aquarum ubertate plenissima, ubi terra sine aqua. Effusa est contentio super principes; ut apparet Deus illorum desperatione, atque despectu promissionis, gloriosus, magis mirabilis: igitur excedit insigniter mirabilia, quòd ariditatem terræ converteret in stagna. Ni contempserent principes, arbitrarentur à natura excitos latices: contempseruntque benignè dissimulavit, dum incredulis fontes aquarum in siccitate promisit; ut mirarentur attoniti fontes, qui aquam de petra desperabant illudentes: etenim non altior eminere potestatis magnitudo, ni miraculum fieret in inaquoso. Nihil credebant, & risu largitorem tanti muneris invitè glorificabant; quippequam coram miraculo amplius pavesceret cor, dum dignatos se viderent larga lymphà & ultra

spem. Cecinit vel Profanus de Remed. lib. 2. v. 221.

In loca nonnumquam sicis arentia glebis Ovid.

De propè currenti flumine manat aqua. Non in miracula Auctoris direxit depressam, curvante mentem; sed dentatæ collimavit in naturæ conditionem. Aquam arbitratus est, uti quid impossibile, nisi de prope corrente flumine. Deus de thesauris suis profert, quodcumque placet. Facit scaturiginem etiam ipsam siccitatem; ut se demonsret diffidentibus potentem; siquidem vel dum formabant promissionis contemptum; apparuerunt in sicco uberes fontes aquarum. Non pendet aqua à telluris scaturigine, sed à Conditoris voluntate. Manat non iuxta terræ situm, sed iuxta Domini placitum; ut plus rutilent miracula, desperantium diffidentia: igitur terrâ sitiente, nullo laticis, fugitivo humore, dum increduli spe cadunt; fluxerunt aquæ, torrentes inundaverunt.

7 Historia memoriam pulsât, ut Michaëlis miraculum magis clarescat. Laborabat inopiâ aquarum populus electus à Deo, qui studuit largiter in articulo favere populo. Non erat aqua: popululo Moyfi dixit: Da nobis aquam. Ast unde? Potestas Moysimicabat, ubi ab illo petunt aquam, & ubi non erat. Antecede popululo (dixit Cuius Synagogæ Moyfi) en ego stabo ibi coram te supra petram Horeb: percuteque petram, & exibit ex ea aqua. Ex petra: Quid aridius? Hinc tractus miraculosus: equidem aqua ubertim sitienti exivit, unde nec mens cogitavit. Quicquid nascitur super petram, tendit in ariditatem; quippe non habet humorem: ex petraque oritur aqua desiderata; ut singulare appareat inter cuncta mirabilia, copiam aquarum scaturire ex ariditate petre.

Ac steriles Arabum victu secundat arenas, Et siccas humectat aquis. Igitur nihil magni, quòd erumperet in latices, si plena humoris.

8 Inter petras aliquando erumpens unda prosilit abundanter in fluentia. In petra nec vestigium explorator humoris. Unde aqua? Ex presentia maiestatis. Perpende causam. En ego stabo ibi coram te supra petram Quis ergo? Michaël. Vide Lipoman. & Alapid. ubi supr. num. 1. equidem illi commissa Synagoga. Quid vel quòd petra bulliret in fontes, si in presentia Michaëlis? Moyfi gloriosus apparuit, ac excutere aqua de petra præcepit. Quavis ultra situs aridi conditionem, non extra Michaëlis potestatem; imò quin pugna naturâ locus, aptus

quàm

Gratia excel
lentis magis
radinis, col-
lata incre-
dulis.

Exod. 17. 1.
2.

Veit. 6.

Crescit, si
plus quam
mens cogita-
vit.

Soan.

Michaël ste-
tis supra pe-
tram Horeb.

Locus infi-
gnis ex appa-
ritions Mi-
chaëlis.

Michaël cur-
dicitur glo-
ria Dei

Num. 20. 6.

Ian. Vital.

Magna glo-
ria, inventa
aqua, ubi nò
credita, est
promissa.

quàm maxime ut apparet in miraculum virtus: igitur est inalefacti faxi aridi renax siccitas; ministrer eius præcepto deducet illicò tanquam flumina aquas. Non convocat Moyses populum in aquarum beneficium; sed in miraculum: statque Michaël super fluxuram petram; ut Moyses aspectet sui populus debet gratiam, & Archangelus presentia miraculi, dicat gloriam: etenim ibi Michaël invisibilis stetit; qui visibilis ministro, aquam elicere iussit. Coram te, non coram altariibus dum gratiæ exhiberem munus; ut largias tædium ex importunis foecijs gratiæ alicuius donatione singulari: equidem non solum potieris, petram percuciens, miraculo; sed mei aspectu. En ego stabo ibi. Quorsam pro miraculo statio Michaëlis supra petram? In populi & loci gloriam. Hocine miraculum upote notæ singularis, clarebit futuris sæculis: presentis super petram scaturiginis stetit, dum aqua percussa promptis; ut non solum gloriarentur posteri de mirabili aqua; sed etiam quòd locus ille Archangelii Michaëlis illustraretur presentia.

9 Ad aquam contradictionis devenimus, tractus Petri in Frechilla perproprietypum. Cum veniret in desertum Sin, lactati miraculis multitudo filiorum Israël; aquæ iterum laboraverunt penuria. Unde illorum ex afflictione vota, quòd Deus præstitum regerent in Massah prodigium, & poneret desertum in stagna aquarum. Petierunt undam; sed ubi non erat, neque laticere naturaliter quibat. Ideoque petierunt, quippe voto potiri impossibile tanquam iudicarent; non credentes in arida solitudine, aquam inveniri posse. Tunc apparuit gloria Domini super Moysen, id est, Archangelus Michaël gloriosus, uti Dei nunciatus: ita cum Pantaleone AA. supr. Ianusque Vitalis:

Saves mundi melloris imago,
Supremi luminis index.

Michaël ergo sic apparet, Moysen allocutus: Tolle virgam & congrega populum tu & Aaron, & loquimini ad petram, & illa dabit aquas. Tulit igitur Moyses virgam, congregatâ multitudine ante petram, dixitque eis: Audite increduli! Nunquid de petra hac vobis aquam poterimus ejicere? Cumque elevasset manum, percuciens virgâ bis siliicem, egressa sunt aquæ largissima. Michaël signat locum, ex quo fluentum, præcipiendo Moyfi lapidem percussuro virgâ, quòd ibi adfuit multitudo incredula: equidem in splendidi miraculum, ibi non tantum inventuri aquam, sed ibi, ubi non credebant. Signat locum, quo magis glisceret

aspectantium diffidentia; igitur ibi arida inhumecta cuncta, speique nulla liquoris, quinpotius species fugacis laticis, sine specimine gurgitis; signoque Michaëlis aqua largiter egressa ex ariditatis quàm maxime ignita fonte; ut aquam ubertim inventam stupefacti crederent; & quò nunquam credidissent. Silicem Michaël signat, ut virtus in miraculum resplendat. Silex ignem præ siccitate excutit; & silicem Moyses iussu Archangelii percussit; ut pederet pertinax incredulitas, videns ex silice aquas: quandoquidem spectabit copiosissimum laticem, ubi credebatur proditurum ignem. Locum signat, quò adit prærens multitudo, ut miraculam amplius emineat ex loco: igitur apparuit è saxo tribundo ebulliens & saliens aqua, etiam loci sitientis fluxulympharum repugnante naturâ. Locum signat Archangelus, ut plus quàm miraculo celebretur locus: equidem magna loci urique commendationis futuris sæculis, non solum præbuisse mirabiliter laticem, sed ibi gloriosum etiam apparuisse Michaëlem.

10 Contemplerur in propositum contextum. Hæc est aqua (subditur) contradictionis, ubi iurgati sunt filij Israël contra Dominum, & sanctificatus est in eis. Hebr. Glorificatus est in eis. Ubi de aqua iurgium, nobile interfuit miraculum, pugnantibus Michaëlis virtute, & dignatorum tenaci incredulitate: spe urique exciderunt; factâ gloriâ, spe sine spe caduca: crenim inolevit Angelicæ maiestatis, quippe aqua contradictionis. Etiam dum protervitas inerat cordi, è rupe silice fluxerunt aquæ: glorificatusque dicitur, quàm aqua inopina egreditur; quoniam gloria magna, undâ miraculose concessa, quòd Michaëlem summis laudibus extollerent, quin prius ministri rebelles non credidissent. Apparuit gloria, que gloria? Divi Archangelii, ministri, atque gloria loci. Archangelii, quia etiam incredulis favit: ministri, quoniam Angeliarum credidit: loci denique gloria singulariter magna; quippequam ibi propter aquam vifa Archangelii summi gloria. Iam non novum, quòd causæ tanti & dignatione honoris,

Concelebrentque tuum adventum, & tua

sacra quotannis.

11 Proprior, & proprior historia articulo alius filiorum Israël. Egrediventes ex torrente Zared, & transeuntes Arnon, telluris experti sunt siccitatem; sed tot prius miraculis visis versis sunt ad Michaëlem. Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus (Archangelus Michaël, ut astruit

Apparuit
Michaëlis
maximi be-
nignit.

Veit. 13.

Prælit amo-
ris, quo fa-
vor, & ne-
quaquâ con-
tradictio po-
tentior.

Quanti præ-
sentia Mi-
chaëlis

Ian. Vital.

Numer. 21.
à veit. 16.

Pan.

Eius miracula qualia, quanta & quomodo?

Lucan.

Caictan. Eius praestituta apparet aqua, ubi nec micabat gutta.

Verf. 17.

Marc. 12. 1.

Senec.

Pantaleon, Homil. 2.) ad Moysen: Congrega populum & dabo ei aquam. Alij, *Lacus*, *Eius miracula qualia, quanta & quomodo?* Et ut conset qualis, quantus & quomodo, subditur: *Puteus, quem foderunt principes, & paraverunt duces multitudinis, in datore legis* (Michaëlem, datorem legis fuisse observant Lipoman. quò supra. fol. 15. & Alapid. in Exod. 33. 23.) & *in baculis suis*. Nescio, quo enthusiatimo percitus Lucanus lib. 4. *Pharsal. v. 292.* inquit: *Iamque inopes unda, primum tellure refosa Occultos latices, abstrusaque flumina quærunr:*

Nec solum rastris, durisque ligoibus arva, Sed gladijs fodere suis: puteusque cavati Montis ad irrigui premitur fastigia campi. Ultrò (inquit Caictanus) *offerent aquas describitur, revelando Moysi locum. Appellatione putei, intelligi puteum per modum fontis fluentem: ita quod locus excelisior erat, in quo & aqua quasi in concha. Michaël adest fodientibus terram, quam considerabant aridam; loco revelato ministro, ut etiam esset miraculo: igitur magnum, quod illis fodientibus lacus ingens apparet, non alibi, nisi ubi Michaël revelaret. Minister fodebat, Michaël prædixerat, adhibito fodientium labore, pro ampliore ostentatione miraculi: si quidem aquæ expectabant, ut ubertim erumperent, quòd vocati in opus foderent. Ascendat puteus, dixerunt. Id est, aqua, ut formet lacum. Aquam descendere, naturale gravitatis: ascendere repugnat ponderosæ naturæ: & aqua habenda tanquam in concha, modò, ut prædixerat Michaël, foderetur terra: quandoquidem largis imæ fluent aquæ, quanvis deliteant in vitceribus terræ. Hinc percipitur phrasia Marci de cultu vineæ. Inter alia, quæ possessoris studium, fudit lacum. Quæ metonymia, in præsentiarum vox propria. Lacus non foditur, sed in lacum terra, ut stagnetur aqua: appositæque, dum apparet Archangelus, indicitur lacus fossus; quippe idem fodere terram in Michaëlis præcipientibus obsequium, ac lacum efformati ex scætrebris aquarum.*

Sicca tellus fontibus patuit novis.

12 Per indicem primum iam demonstratum miraculum; collimemus igitur in secundum: equidem curæ incumbit Michaëlis, quorum anima in cælo gloriose, quòd adoretur reliquiæ. Olim apparuisse Michaëlem Argonautis per totam Græciam famosum, & æquæ plausum. Referunt ex Metaphrasite Iulius Cæsar Bulengerus 1. de *Magia. cap. 23.* Cornel. Alapide in 12. *Daniel. Eminentiss. Aguirre Ludor. Salmant. 2.*

Excurs. 6. n. 73. Quando Argonautæ (inquit) Græciã florente, longinqua navigatione ad eum locum, qui dicitur Anoplos, redierunt, ut portum invirent: in eo tractu bello læcisti sunt ab Amyco rege (quis hic fuerit, vide apud La-Cerdin in 5. *Aneid.* Virgil. v. 373. num. 4.) & metuentes hominis robur, in sinum quandam nemorosum, densum & agrestem refugerunt, ubi visum eis oblectum est, & virtus quadam de cælo delapsa hominis terrifici, qui alas aquilæ in humeris gerebat. Is velut ex oraculo prædixit eis Anycum de belatum iri: cui gratiam rependentes, eo loci ubi visum viderant, sacrum simulacrum virtutis illius statuerunt, & locum *Softhenen* vocarunt, quia eò confugiennes seroati erant. Hoc simulacrum visò Constantinus, Metaphr. virtute Dei Augustus, cum Imperij domicilium Byzantijs fixisset, suos monuit, simulacrum Angeli esse, qui Christianis in cultu, & bonore est: & attonitis facie loci & fani, precibus se dedit, & de nocte quasi per visum vocem humanâ maiorem audivit dicentem: *Ego sum Michaël Princeps militiæ Domini exercituum. Cum evigilasset Imperator, ornavit locum, & ad Orientem altare extruxit, fanumque nomine D. Michaëlis honoravit; ubi quotannis populi concentus haberetur. Templum Archangeli Michaëlis in Anaplo indigatur. Hactenus Metaphrasites. Unde Constantinus fanum ab Argonautis erectum (ait Nicephorus lib. 7. cap. 50.) nomini, quòd ipsi saltem attulerat, in S. Michaëlis convertit, in quo sæpius deinde apparuit. Corneliusque loc. cit. dudum: S. Michaël (inquit) Constantino apparuit, indicans se olim Argonautas ad vellus aureum direxisse, eiq; dixit: *Ego sum Michaël Archidux Domini Sabaotb, Christianorum fidei Tutor, qui tibi contra impios Tyrannos belligeranti, fidei & germano illius ministro, auxiliaria arma tuli.**

13 Quodnam vellus aureum, inter præfatos Poetas & novissimos Mythologos creperum. Alij dicunt librum, aureum fuisse vellus ex arietum pellibus contextu, in quo scriptum erat, quomodo posset ex quolibet esse aurum fieri, quod vulgò dicitur Lapis Philosophalis. Consule Natal. Comit. lib. 6. cap. 8. Aptius ossibus adaptatur Sanctorum, quæ ob gratiæ nitorem merito præbent cultum: igitur præstantiorem auro ossa sacra habebant pretiositatem, quàm adipiscantur communem & singularem corporum resurrectionem. Hinc statua greca conversa in aurum, refertur à Gaffarelo de *Curiositatib. inaudit. cap. 4.* in signum resurrectionis & corporum immortalitatis: ut

Michael Argonautis apparer.

Metaphr.

Illo in loco Michaëli Constantine templum erig.

Nicephor.

Alapid.

Quid olim vellus aureum?

Resurrexerunt hieroglyphicum.

Manil.

Nat. Com.

Argos navis.

Martial.

Michaël in cumbit venerabili SS. reliquiæ rum.

Iudæ. v. 9.

esulgeret vel in carne nova gratia, & in conspectu Domini mors Sanctorum quam pretiosa: equidem gloria inamissibilis accipientium optabile donum; etiam corpora terrea convertantur in aurum. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Siminatur corpus animale, surget virtus spiritale. Alij autem reliquias seu exuvias arbitrati sunt arietis, inter sidera collocati potentia Iovis. Unde Manilius 1. *Astronom. cap. 1. v. 1.* *Aurato princeps Aries in vellere fulgens, Omnia que summo spectant sidera cælo.* Et Natal. Comes, ubi dudum cap. 9. *Diæus est aureus Aries, cuius pellem decorticata clavus in templo affixit.* Alij denique quòd navis Argos etiam in cælo elata, cui arietis aurei velleris insignia, de cuius fragmine ita Martial. lib. 7. *Epigr. 18.* *Sæcula vicerunt, sed quamvis cesserit annis, Sanctior est salva parva tabella rate.*

14 Sub fabulis Prisci res mirabiles oculuerunt, & sub hieroglyphicis secreta mira scrutantibus subindicarunt. Non novum, corpora, quibus peregrinamur in terris, signari nomine navis. Sapient. 5. 10. *Tantum navis, que pertransit fluctuantem aquam.* Nec etiam novum, viros fortes indigitari appellatione arietis: *Psalm. 28. 1.* *Vide Angustin. serm. 43. de Sanctis.* Vellera signa esse reliquiarum Sanctorum, qui ut victimæ oblati Domino in sacrificium; claret ex eo quod ut Gedeon comprobaret apparitionem Michaëlis Archangeli, signum tantum quærit in vellere. *Iudæ. 6. 39.* uti observavit Abulenf. cit. n. 1. Quod factum cum Argonautis obscurè in Anaplo, iterat perpicuus Michaël apparet Frechillæ Petro: equidem cum sollicitè Sanctorum venerationem, & ignoraret populus thesaurum sub altari latentem; apparet, ut videantur in terra, quorum animæ collocatæ super sidera, statque gloriosum excitans in opus devotissimum Petrum; ut populus in novum singulare patrocinium, mystica veneretur vellera reliquiarum.

15 Novum prælium refert Iudas Apostolus inter primatem Angelorum Michaëlem, & dirum, ignivomum, refractarium draconem. Moysi reliquiæ fuerunt causa certaminis: *Cum Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercetur de Moysi corpore.* Unde & quorsum huiusmodi iurgium, inquiritur à curiositate necessaria Expositorum. Occurrit hic asserit, Michaëlem præfuisse Moysi sepulchre, populoque locum ignoranti voluisse ostendere; ut posset illius reliquias, ut par erat, venerari. Dia-

bolus autem contendebat in oppositum, ne populus haberet reliquiarum patrocinium. *Nam longè maior* (subdit Alapide hic) *imò continuus & perpetuus fuisse honor Moysi apud Hebræos, si eius sepulchrum visere & colere potuissent.* Intendit Michaël in SS. cultum, atque illorum in homines amicabile suffragium: & ut utrumque adipiscatur, tam altare custodit, quàm ostendit; ut ostensione faveat populus, muneribus ossium sacris: & simul constet quanti reliquiæ Sanctorum; dum se demonstrat hominibus ut custodem reliquiarum. Ingeminat Michaël in Frechilla nova miracula: ostendit Argonautis cordibus latentia reliquiarum facta vellera; ut dignati haberent reliquiarum patrocinium, & illarum claresceret quantum pretium: equidem Archangelus vigil præerat altari, in quo thesaurus pretiosus, sitæ Sanctorum reliquiæ.

16 Apparet Archangelus Argonautis, invans in acquisitionem aerei velleris, quod ipsi labore querunt, atque fauste nanciscuntur. Nesciebant, an noctis phantasiæ que spectra, vel virtus auspex de cælo delapsa. Beneficium epiphaniæ altruendum erat ex opere, superatis obicibus tot discriminatione: & illi feliciter adepti vellus sunt aurum; ut exposito latente velleris munere, apparitio constaret demonstrantis Archangeli. Gloriosus Servator noster Magdalene apparuit: illa Petro & Ioanni dixit. Exierunt ergo, & venerunt ad monumentum, sed Ioannes primus: qui quidem cum se inclinasset, vidit posita linteamina: subditurque illic: *vidit & credidit.* Quid credidit? Non quòd viderat; sed ex quo viderat, quod Magdalene nunciaverat. Sudarium & linteamina reliquiæ erant latentes in sepulchro, ex quorum aspectu astruenda ut vera Magdalene visio: Ioanneque reliquias ut vidit, quod Magdalena narraverat, credidit; quippe iam non dubium, vidente in sepulchro linteamen, veram Christi Magdalene gloriosam apparitionem. Vellus aureum velum erat, quo corpus agni immaculati, fuerat ad loculum involutum: eius visuri discipuli glorias, cum aspicerent cadaveris exuvias: & ut visa in sepulchri altari linteamina, minime dabitur de apparitione gloriosa: si quidem iam clarebat florere gloriose in cælo, cuius vellus aureum Agni inventum videbatur in cadaveris sepulchro. Patent cuncta in proposito nostrum, uti deditum miraculum. Michaël glorioso cultu apparuit de cælo Petro. Non credunt socij, quasi illusiones phantasiæ. Verba ista illis visa somnium ac deliramenta: reliquias, sive lip-

Alapid.

Custodit reliquias, & adorandas ostendit.

Ioan. 20. 5.

Reliquiæ SS. vellera cur vocentur aurea?

na Sanctorum aspicunt; & tunc Petro, atque visionem credunt: igitur iam firma fides (visis in altari ossibus sacris) apparitionem gloriosam factam fuisse Michaëlis. Ostenduntur reliquiae, quae abstrusae latebant in templo, unde illis exhibita veneratio: quippe populus non adoraverat, quod non cognoverat. Signat Petrus locum, & illuditur; oraculum refert Michaëlis, sed non creditur. Ex thesauro abscondito & invento intra altaris penetralia, apparitio astruenda etiam ab incredulis ut vera: modòque credunt Michaëlem gloriosum vidisse Petrum, invenientes in altari vellus aureum reliquiarum: quoniam earum sub altari victimarum fulgebant vellera, quarum animae faustè labantur in gloria.

174 Perductus est Ioannes ab Angelo, ut videret mira in caelo: viditque, aperto libri mystici quinto sigillo, sub altare Dei animas interfectorum propter Verbum Dei. Animas. Alapide hic arbitratur reliquias: Sub eo quasi sepulta (infit) corpora Martyrum. Vide dicta Tom. 2. Tautolog. 8. Didasc. 3. num. 17. Animas super altare, amictus gloriosa immortalitatis albis stolis;

sed corpora sub altare collocata, quasi sepulta. Perpende, Quasi. Sepeliuntur corpora reliqua: Martyrum verò quasi sepeliuntur: equidem ibi non sepulta, ut iacèrent; sed collocata: ut adorantes iuarent. Cultus exhiberi nequibat, si populus ignorabat: mirumque ab Angelo peragitur, dum Ioannes ab illo versus altare ducitur; quoniam mirificum, quòd doceretur in templum, sub cuius altare erant reliquiae Sanctorum. Animas illorum Ioannes notat, dum Angelus locum reliquiarum signat. Pignora, ossaque facta, evivua, uti vellera sunt, in intersectorum arictum propter testimonium Verbi Dei: connotatque Ioannes animas, videns sub altare reliquias; quia ibi, ut cõlerentur, servabantur vellera aurea, animae quorum gloriosae exultabant super aethera. Aliqui ex Graeco legunt: Reliquias hominum signatorum. Notatur felicitas loci, quo ignota hominibus facta liplana: equidem summa felicitas, & loci claritas, non solum decorari sacris utrunquè pignoribus reliquiarum; sed hominum virtutibus signatorum, & insignium. Vidi, dicit Ioannes. Eius in visione notatur gaudium, tanquam gaudij Petri signum, sub altare invenientis reliquias, à Michaële Archangelo demonstratas: igitur gaudio exultavit, & quòd reconditas feliciter inveniret, & quòd inventas videret. Invenit Petrus thesaurum absconditum in agro, sed praè gaudio non abscon-

Cur à Michaële ostensa?

Felix Frechilla.

dit: imò univèrsa habita vendidit, ut in honorem Michaëlis augustum erigeret facellam, per quem reliquiarum nobilem inciderat in thesaurum.

18. Modò reflectat calamus in altercationem Michaëlis de corpore Moyfis. Hic in sepulchro gloriosi legislatoris apparet, & pro occultandis reliquijs cum Lucifero contendit: igitur cum diabolus intenderet Moysem à populo adorari tanquam numen; Michaëlis praevaluit in Luciferum virtus, & non cognovit homo sepulchrum eius. Quare igitur Michaël ibi reliquias occultit, & in Frechilla de caelo lapsus ostendit? Nullus hominum dignus fuit unquam illud conspiceret, ac Philo de Vit. Moyf. Lucet eremita Petri virtus, quum ei locum reliquiarum demonstrat Archangelus: igitur qui sepulchri pignorum designavit locum; ostendit visionem dignum. Felicitas hominum pendet ex potentia patrocinantium, reponente suffragijs veneratione cordium. Amor Michaëlis mensuratur utilitate hominis: demonstratque sepulchrum sacrarum latentium reliquiarum; ut cultores nanciscantur cognitione patrocinium: siquidem illo in loco revelavit, quas nullus unquam conspexit. Cultus ultra merita non est cultus, sed ritus superstitionis; quippe nullus cultus, si absit fides: & Michaël, quod olim abscondit, in Frechilla fidelibus ostendit; ut flagrantissima devotione civium, pignora honorarentur reliquiarum: quandoquidem iuxta merita intra fidem habitura summum cultum.

19. Pro Michaëlis gloria aliquid ultra, Nullus hominum dignus fuit unquam reliquias Moyfis videre. Ceterum quare? In sepulchro splendidam esse Moyfis faciem radiorumque conservare decorem, autumat Bullarminus lib. 2. de Reliquijs Sanctor. cap. 4. Unde hæc gloria vultus Moyfis? Ex visione gloria Michaëlis. Ita Alapid. in Exod. v. 23. Nullus dignus visione gloriosâ Archangelus, imò nec gloriæ specimine; igitur superat hominum intellectivam facultatem propter formam ac decorem eminentem: Moyfisque reliquias in sepulchro abscondit, quas radijs lucidis ex propria luce replevit; ne populus veniret in cognitionem gloriæ Michaëlis, ex gloria visa in sepulchro, reliquijs corporis Moyfis. Petrus eremita non renuit in sepulchro reliquiarum lumen. Quid mirum? Gloriosam iam viderat Michaëlem. Ibi que Archangelus celat, quas reliquias hic demonstrat; quippe gloria reliquiarum latentium sepulchro altaris, cognoscenda, & admiranda gloria visa Michaëlis.

Phil.

Phil.

Et sacris reliquijs, & ostensione Michaëlis.

Radix in facie cadaveris Moyfis undè?

q. v. abul.

Ta

Erasm.

Math. 11. 3.

Chrysost.

Verf. 5.

Suscitatur homo Verbo Dei descendente de caelo.

Iuven.

Inferni miraculo Michaëlis confirmatur apparitio.

Ioan. 4. 47.

Tu Dei in Templo nitidus ad aras Visus est dexteratenuisse sceptrum. Ius tibi summum necis atque vita Dedit Olympus.

20. Iam ergo tertium obvium miraculum (nimirum vita cadaveri restituta) ut illo astrueretur Michaëlis presentia. Ioannes è carcere, vinculo rumque stridore, misit duos Servatori discipulos, ut interrogarent: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Grece. Ille vinient; Id est, Tu es, qui descendisti de caelo, & appares uti homo? Non misit, quia ipse dubitaverit, cum ex utero, & post in baptismo cognoverit. Misit, quia dubitabant discipuli; & misit, ne dubitarent. Unde ergo non ambigunt Ioannis discipulis, quod Christus Dominus descendisset de caelis? Ex ipsi factis, inquit hic Chrysostomus. Quæ igitur facta in portentum? Mortui resurgunt: daturque fides hoc miraculo viso, & ipse creditur descendisse de caelis; quippe nullum evidentius apparitionis signum, quam admirabilis resurrectio mortuorum. Aptius. Qui descendit de caelo, Ioannis oculis obiectus, ac adoratus ex utero. Ioannes dixit, digito demonstravit; verum schola non credit: mittitque duos, ut viva cadavera videant, & per miracula credant; quoniam vita restituta desperationi cadaveris, Christum alitrix descendisse de caelis. Ad corpus remeant anima iam libera virtus. Deposito repetens anima substantia corpus. Modulatur Iuvenus lib. 2. v. 528. siquidem cadaver vitæ non stare, ni de caelo descendens ille apparuisset.

21. Exponit Michaëlis apparitio huiusmodi articulum, miraculo altruens miraculum. Michaël Petro apparet, Petrus gloriosum videt, nunciat socijs, ceterum repulsa fides. Regerit dicta, non creditur: & filia unius fato sancta vita revocatur; ut suscitacione constaret facti cadaveris, Archangelum Petro apparuisse de caelis. Confirmanda erat fides non credentium, per singulare prodigium; ut magni penderent dignationem Michaëlis, locum presentia istrantis: puellaeque facta patris non credentis mirifica resurrectio; ut apparitio astimabilis Archangelus confirmaretur miraculo. Filius reguli cuiusdam incipiebat mori, lethali gravatus infirmitate; totusque conatus patris, quæsto medico, voluit, in eo quòd Christus descenderet, priusquam filius moreretur. Domine (dixit) descende, priusquam moriatur filius meus. Sanè constat, quia non creditur, vel dum Salvatore vidit: equidem restitutum sanitati filium nequaquam videret, ni de coe-

lo qui medius descendisset. Modò pendet Christi verba: Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Quid igitur credendum, ut asserat, nullo modo regulum futurum fidelem, nisi per miraculorum ostensionem? Aliud hocine in articulo credendum, & aliud sanè operandum. Operanda languentis salus: credendus Christi descensus: arguitque reguli incredulitatem, filio quarentis salutem; quippe ni intercederet filij languentis sanatio, minimè credidisset descendisse de caelo. Miraculum Christus operatur, dum è caelo ut homo apparuisse non creditur, ut ipsi singularibus miraculis, mysterij magni radicetur fides: igitur cum regulus non crederet, nisi ex prodigijs que viderit; miraculo insigni desperata salutis in moribundo languido, astruit incredulo descensionem è caelo. Mortuus est Lazarus, discipulisque dicit Christus: Gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Ipsi sciebant, & sciebant potestatem: modòque confirmat fidem; ut ipsi ibi Christum nec apparuisse crederent: igitur si ibi fuisset, vel morte illata viribus infirmitatis; decedens Lazarus iam surrexisset à mortuis.

22. Subitè mentem pro fide visionis danda Petro de Michaëlis apparitione, quod cum Elia contigit viduæ Sareptæ. Huius expiravit valido languore filius; qui Elia precibus à mortuis est excitatus: Dixitque mulier ad Eliam: Nunc in isto cognovi, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est. Dum resurrectionis pueri apparet singularitas, verbi cognoscitur veritas; quippequam est viri Dei verbum, verbum nullum, ni confirmaret resurrectionis miraculum. Ita Petrus, qui vir Dei, indicans verbum ex visione Michaëlis, ut fatuus iudicabatur à socijs. Verba eius signabantur ut deliri; & minimè ut viri ab Archangelo dignati: at à Michaële puellæ mortuæ restituitur vita; ut miraculo fiet Petri integra fama: equidem novo prodigio claruit in populo toto, & quod vir Dei esset Petrus, cui revelatio fuit facta; & simul quòd revelata in ore eius essent vera. Ioannes à Castro fuit unus qui non credebatur, quæ Petrus Eremita prædixerat. Eius filia cedit fato; per Michaëlem fit statim resurrectio: & qui non creditur, nunc in isto evidenter cognovit vera Petri verba, executionis mandanda, & quanta legati virtus, cui in eius apparuit utilitatem Archangelus.

23. Hæc est Michaëlis apparitionis historia, cuius dignatione exultat gaudibunda Frechilla: etenim locum ibi elegit, ut inhab-

Verf. 48.

Et creditur.

Cap. 11. 15.

3. Reg. 17. 15.

Revelationi datur fides, prodigio resurrectionis.

Hhhh bi.

blaret, & cives omni tempore Soter iuvando protegeret. *Eo tempore quo templum Minervae Troie edificabatur, Palladium de caelo cecidisse, fabulantur Poetae, & in templo nondum tecto sibi locum delegisse: quae res cum maximo omnium esset miraculo, ab Apolline responsum est, tandiu urbem incolumen fore, quandiu simulachrum servaretur.* Ita Pausanias, tam in Attica quam in Corinthiae. Pomey in Pantheo Mythic. part. 1. Vives in 1. Civ. cap. 2. Chartar. in Minerva. fol. 242. Plutarch. in Camillo, Dionys. Halicarnass. 1. Antiquit. Roman. Natal. Com. Mytholog. lib. 4. cap. 5. Rosin. lib. 2. cap. 12. Lucan. lib. 9. a vers. 992. Virgil. 2. Aeneid. a vers. 165. alijque plures. Haeccine cuilibet obvia specialia sanè (uti observavit Gentianus) quae ex Dionysio in 5. p. Circuli, refert Clemens Alexandrin. Protreptic. ubi asserit, Palladium nihil aliud esse, nisi ossa Pelopis. Unde La-Cerda in Virgil. loc. cit. infit: Palladium consecrum ex ossibus & reliquijs Pelopis. Appositè canam cum Propert. lib. 3. Eleg. 5. v. 41.

Ficta in miseris descendit fabula gentes. Erunt namque felices, quibus contigit veritas protectionis; quippe Frechillae vera amplissima gloria, quod Priscis fabula: quandoquidem villa nobilis tutatur caelesti patrocinio, altissimè Palladio, consecro in civium ac cunctorum sartumtectum ex ossibus atque reliquijs Sanctorum; descendente de caelo Michaele, atque locum in templo, nondum tecto, designante; ut ibi e caelo subsistant optabiles gratiae, quandiu sub altare sacrae steterint reliquiae. Hic est loci amulabilis honor, quippe quotidie ipse sibi, civibusque Archangelus maior.

— Ingens ingentibus annue caepta. Luce tua redimitur amas, tu propter ovante, Tu verò in zyrum versans agitata corsicci Pondera mucronis.

DIDASCALIA II.

Ieiunium vires non frangit, sed reficit.

I Magna ieiunij à PP. encomia, sed amplior gratia. *Ieiunium refectio animae, cibus mentis, vita Angelorum, culpa mors, remedium salutis, radix gratiae, fundamentum castitatis:* ait Ambros. de Elia & ieiun. cap. 3. & Prudentius in Cathemer. a v. 894.

Quid Palladium, & ex quo?

Pausan.

Clem. Alex.

La-Cerd.

Propert.

Ian. Vital.

Ambros. Ieiunij fructus.

Ieiunium litamus viciniam. Hinc subiungatur luxur & turpis gula, Libido sordens, invertecanda lepos, Variæque pestis languidorum sensuum. Parcæ subactæ disciplinam sentiant.

Opportunè litamus dixit, tanquam sacrificium grati per ieiunium, quo exterminium fit vitiolorum. Sic enim accipit Litare Plutarch. de Defect. Oracul. ubi: *Signum esse redditurum Oraculum Apollinem, si litatum sit: aut contra non reddeturum, si litatum non sit.* Vide dicta Tautolog. 3. num. 22. & Pausan. in Laconia. seu cap. 90. addeque illud Iosephi 3. Antiq. cap. 9. *Ex lapillis enim, quos Pontifex in bumeris gestabat, micabat alter, quoties litatum esset, is qui dextrum bumerum occupabat: tantumque fulgorem emittebat; ut procul etiam insistentibus conspiceretur: idque præter naturam suam & consuetudinem; quod certe admirationem meretur.* Sic litatur, & sic ieiunium accipitur; igitur abstinentia cibi mens revocatur ab iniquitate. *Ieiunium est mors vitiolorum, vita virtutum* (inquit Iulianus Toletan. in Nabum) *castitatis murus, pudicitiae propugnaculum, & civitas sanctitatis.* Cuncta sanè in ciborum abstinentia: equidem si in mundo contra dæmonem pugna; nulla maior virtus in illum quam parmitonia. Fortes eligere iubetur Gedeon contra Madian, quasi locustas super terram habentem militum copias; sed eliguntur tantum, *qui lingua lambuerint aquas.* Non qui usque in satietatem biberint, sed qui duntaxat potum gustaverint: non gustare est impossibile humanæ defectibili & etiam deficienti conditioni. Gustare indicat ieiunium: & qui tantum degustant, eliguntur ad praelium; quoniam ieiunium minimè vires frangit, sed vires reficit. Inevitabile continuumque praelium versatur inter homines & dæmones; quippe huiusmodi praelio diriguntur homines in viam pacis: & ita vis ieiunij gladio abstinentiæ; ut de hostibus pariant triumphum, antequam educant gladium. Trecenti electi ceperunt buccinis clangere, & conplodere inter se lagenas, clamaveruntque: *Gladius Domini & Gedeonis.* Quisnam ergo gladius? Ieiunij virtus: Dominique dicitur, priusquam à militibus Gedeonis educatur; quoniam Deus in vindictam sumpsit gladium, dum milites Gedeonis observaverunt ieiunium. Petiorunt hi lasi panes, ut reliquos fugientes persequerentur inimicorum duces; nec acceperunt à civibus: claruit tunc in militibus Domini gladius, ut victoriam quam ieiunium inchoavit, maius ieiunium perficeret: equidem in castris spiritali-

Prudent.

Quid sit litare?

Plutarch.

Iulian.

Iudic. 7. 5.

Ieiunij virtus.

Verf. 20.

Cap. 8. 5.

libus maior virtus, quò ieiunium maius. Felliciora sanè nostris temporibus essent militum arma, si observarentur à bellatore ieiunia. Proh dolor! Totum belli pondus in virtutes, non in hostes.

Math. 23. 26.

Maldonat.

Non homo, qui natus peccator.

Horat.

Augustin.

3. Reg. 17. 9.

peregrinum hominem alere instituit: igitur, si dare elemosynam, consilium; vidua religiose observavit, ut præceptum. Præceptum erat sibi filioque consulere; quippe nihil aliud erat urente necessitate: ceterum ordinem charitatis transillivir, ut ampliorum charitatem exerceret: igitur si charitas largitio de superfluis; apex sanè perfectionis, subsidium de necessarijs: quippequam egens deficere statuit halitus, ne deficeret egenus: Specimen exhibetur nobis charitatis Divi Francisci, eiusque ordinis Seraphici: siquidem in auxilium pauperum, dum nihil habent, omnia possident: elemosynasque in usus pauperum mandant, vel ex his quæ sibi servant.

Pretiositas elemosyna magna ampliorum maxime.

Odi. Van.

Idem.

Charitas Francisci eiusque famulæ.

Verf. 12.

Genefia. 16.

Prodigit ille suum, Domino quo serviat, aurum:

Latus in obsequio cuncta dedisse suo.

Venit inops, occurrit manus. Latrat stomachus, sed filius respicit patrem, & simul in corde flagrantem ignem: dicitque Francisco asseclæ charitatis perfectio:

Me tua ieiunium saltem satiabit imago.

Igitur adinstar viduæ (panem filiole petente) indulsit quòd esuriret natus, ne esuriret peregrinus. Ieiunium satiat imago, ubi in amaritudine inest mirificæ charitatis dulcedo: quandoquidem stomacho vacuo edulij, fames satiatur refectioe pauperis.

4. Viduæ egenti panem petijt Elias, ut magis lucreret elargientis charitas. *Non habeo panem* (illa r epondit) *nisi quantum pugillus capere potest: en colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus, & moriamur.* Oppositum utique firmissimum: panem enim degustant, ne moriantur. Si panis in escam, & esca in vitam, tanquam mortis lactamen; quomodo præglutantes tendunt in mortem? Si non comedunt, morientur; & comedentes moriantur? Inquiritur à PP. unde quibat cognosci in Adamo mortalitas, seu vitæ defectibilitas, priusquam à statu felicissimo originalis gratiæ in abyssum præceps descenderet culpe: equidem aliud habebat ex natura, aliud ex gratia: de conditione nature posse mori, ex gratiæ dono posse non mori. Mortalis utique erat de conditione corporis animalis, sed immortalis beneficio Conditoris. Vide Magist. SS. 2. dist. 19. & quæ diximus Tom. 1. Tautolog. 5. à num. 15. Adamus mortalis nature conditione producitur: unde igitur uti mortalis cognoscitur? Quia illum Conditor insitit concedere: *Ex omni ligno paradisi comede.* Esca clarè defectibilis vita? Sanè. Vivere sine victu exprimit immortalitatem, quippe victus ar-

Hhhh 2 cct